



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 133. Navarræ Rex, & Condæus Princeps ad aulam delati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

**Sæcul. XVI.** „ante morerer, quam novum mundum  
**A. C. 1560.** „condiderim, ab omni labo, ac peccato  
 „purum; proinde vos hortor, ut me  
 „cum, ac sub meis auspiciis arma capia-  
 „tis, nec vero mirari quisquam debet,  
 „quod Ambasiana conspiratio non suc-  
 „cesserit; quippe ad eam ego non sui  
 „vocatus. „

Denique cum is ad apertam seditionem tenderet, ac Cardinalem etiam Borbonum jurgiis lacefferet, cum forte hic Gallione Rothomagum in urbem veniret, atque illuc, qua hic impostor concionabatur, iter haberet, a quæstoriore comprehensus, intra quatriiduum flammis publice ustulatus est, ubi etiam duo illi fratres, qui eidem affinitate conjuncti ab eodem seducti fuerant, laqueo suspensi perierunt, eoquod illum hospitio recepissent, nec prius ab insano errore, quem pertinaciter tuebantur, fanari voluerint, quam ipsum in cineres redactum, ac minime ab igne illæsum viderent, quamvis antea sese nunquam moriturum fuisse mentitus.

### §. CXXXIII.

*Navarræ Rex, & Condæus Prim  
ceps ad aulam delati.*

*Thuan. l. 26.  
La Popel.  
l. 6. Mem. de  
Castelneau  
l. 2. c. 10.*

Principes Guisii ferventibus his tumultibus, malisque, quæ inde oritura timebantur, compulsi Reginæ regnantis opera

opera Navarræ Regem, ac Condæum Sæcul. XVI.  
Principem urgebant, ut Aulam acce- A.C. 1560.  
derent, quin imo ut eo tenderent, plu-  
rimum Calvinistarum intererat, eoquod  
in generalibus Regni comitiis proxime  
Aureliae celebrandis eorum præsentia  
haud parum conferre posset, ut novam  
hanc sectam profitendi libertas eis con-  
cederetur, quam abs dubio impetran-  
dam sperabant Calvini sectatores. Pau-  
lo post Crussolius, & Borbonius Car-  
dinales ad aulam reversi sunt, Regi fi-  
dem facientes, quod ad ejus iussa Prin-  
cipes Aureliam venturi essent: Verum  
eorum fautoribus circa hoc iter non ea-  
dem insederat opinio; eorum enim  
nonnulli contendebant, haud consultum  
esse, ut sese Guisiorum fidei, atque ar-  
bitrio adeo temere committerent; alii  
ex adverso mandatis morem esse geren-  
dum censebant, cum hac ratione suam  
submissionem testatam redderent, simul-  
que suis hostibus, a quibus nefaria fo-  
vere consilia accusabantur, calumniandi  
libidinem eriperent. Ea res dudum u-  
trinque agitata, eoquod aliqui ambos  
hos Principes ab aulæ accessu omni stu-  
dio avertere conarentur: alii vero eos  
illuc venire sollicitarent, Ducissa tamen  
Monpenseria, ne hi Principes aliorum  
precibus deferrent, plurimum instabat,  
quin imo referunt nonnulli, quod Cal-

li 2 vinus,

**Sæcul. XVI.** vinus, qui ejusdem quoque mentis erat,  
A C 1560. Bezam ad Navarræ Regem miserit, ut  
ei hoc iter dissuaderet, eique obtulerit  
sex, vel septem millia Vasconum, &  
Pictaviensium militum, qui jam omnes  
validis Belliducibus aggregati ad pri-  
mum mandantis nutum in aciem pro-  
gredi parati essent: cum vero ambo  
Principes sanioribus aliorum monitis  
absterriti illorum, qui Aulam accedere  
suadebant, consiliis acquiescere statue-  
rent: hinc Neraco profecti cum exi-  
guo suorum comitatn Pictavientes fines  
ingrediuntur, moxque in hoc itinere  
constituti octingentos Nobiles, qui illos  
eo usque comitabantur, ad sua reverti  
jubent.

### §. CXXXIV.

*Franciæ Rex Aureliam contendens.*

**Thuan. l. c.** Interea Franciscus II. Rex unacum Ca-  
tharina Matre sua, ac Guisianis Prin-  
cipibus, neconon mille equitibus Cata-  
phractis stipatus itineri sese accingit,  
atque in Vicennarum castro Henricum  
fratrem suum Andegavensem Ducem,  
& Margaritam sororem suam relinquit  
ipse vero Artenæum delatus, inde Au-  
reliam pervenit, quam urbem die deci-  
ma octava Octobris armatus ingressus  
est. Adventantem Philibertus Marsilius  
Sipretra Guisianis Principibus adductus  
præ-